

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Ivrid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institvtionvm Ivrис Ivstiniianeарvm
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. IV. De Ingenuis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

TIT. IV.

De Ingenuis.

INGENUUS est *is*, qui statim, ut natus est, liber est: sive ex duobus ingenuis matrimonio editus est, sive ex libertinis duobus, sive ex altero in *Ex Mar-* genuo. Sed & si quis ex matre nascitur libera, pa-*cian. l. 5.* tre vero servo, ingenuus nihilominus nascitur, *ff. d. Stat.* quemadmodum qui ex matre libera, & incerto pa-*bomin.* tre natus est, quoniam vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et e contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit, eum, qui nascitur, liberum nasci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre est. Ex his illud quæsitum est, si ancilla prægnans manu-*missa* sit, deinde ancilla postea facta pepererit, liberum, an servum pariat? Et Marcianus probat, li-berum nasci. Sufficit enim ei, qui in utero est, li-beram matrem vel medio tempore habuisse, ut li-ber nascatur. Quod & verum est.

De servitute & manumissione putativa s. facti.

I. Cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit ei in servitute fuisse, & postea manumissum esse: sœpissime enim constitutum est, *natalibus non officere manumissionem.*

I.

HOMINES LIBERI dividuntur in *Ingenuos*, & *Libertinos*. Ingenui dicuntur, qui sta-tim, ut *nati*, sunt Liberi, sive nascantur ex utro-que Parente Libero s. ex Matre saltem Libera, *Pr. I. h.* ejus enim statum sequuntur. *Pr. J. b. (a) j. L.*

(a) Non debet calamitas Matris ei nocere, qui in ventre est. *Pr. J. d. Ingen.*

19. ff.

19. ff. d. Stat. hom. (b) Sufficit autem Matrem Liberam fuisse Tempore Partus vel editi, vel gestati, vel concepti d. PR. conf. Nov. 156. de prole partienda inter rusticos. Ordin. Sup. Lusat. d. A. 1652. wegen der Unterthanen art. 4. in fin. Cæterum, ne delictum Matris Ventrī noceat, cavitur hodieque tam in procedendi quam puniendi Modo; Proinde *fæmina prægnans* neque Torturæ neque Territioni subjicitur, a. l. 3. ff. d. pœn. atque ultimum supplicium aliave Pœna corporis afflictiva in eam statuenda differtur. d. l. 3.

II. Homines liberi manent Ingenui, licet, per errorem pro servis habiti, sint manumissi. (c)
 §. I. J. b. j. l. 21. §. 1. ff. d. cap. & postlim. v. L. 6. §. I. I. h.
 ff. ad Municip. Ita ex Nobilibus descendentes,
 Juribus Nobilitatis haud usi, Renovatione No-
 bilitatis impetrata, non pro novis, sed antiquis
 Nobilibus habendi sunt.

TIT. V.

De Libertinis.

Definitio & origo libertinorum, & manumissionis.

LIBERTINI sunt, qui ex justa servitute manumissi Ex Cajo l. sunt. Manumissio autem est de manu datio. Nam 6. de Stat. quamdiu aliquis in servitute est, manui & potestati ^{homin.} & suppositus est: & manumissus, liberatur a domini Ulpian. l. potestate. Quæ res a Jure gentium originem sum- 4. ff. d. J. sit: utpote quum Jure naturali omnes liberi nasce-

(b) Cum legitime nuptiae factæ sunt, patrem liberi sequuntur, vulgo quæsus matrem sequitur. L. 19. ff. d. Stat. hom.

(c) Errore veritas non amittitur. L. 6. ff. ad Municip. rentur